

G.

CONCESSION FAITE, VERS L'AN 748, PAR PÉPIN, MAIRE DU PALAIS, A DOMNOLUS,
ÉVÉQUE DE MACON, ET A L'ÉGLISE DE SAINT-VINCENT DE MACON.

(Extrait du Cartulaire de Saint-Vincent de Mâcon, charte 76, p. 53. — Voir SEVERT, Episcopi
Matisconenses, p. 25. — Gallia-Chr̄istiana, IV, 263.)

Pipinus Majorum domus maximus concedit immunitatem Domnolo episcopo Matisensi et Ecclesie
Sancti Vincentij.

In Dei nomine Pipinus Majorum domus maximus. Regni nostri augere credimus monumentum si
beneficia opportuna locis ecclesiarum benevolia deliberatione concedimus an Domino protegente sta-
biliter producere consentibimus. Igitur noverit solertia vestra quod, ad petitionem cleri, fidelis noster
Domnolus sanctae sedis episcopatum tenens in civitate Matisensi in honore Sancti Vincentii no-
bis suggestit eo quod illa immunitas quae antea ad ipsam casam facta fuit, anno superiori sit
igne concremata ob negligentiam custodientis, nobis hoc petiti ut istam immunitatem, ex nostro no-
mine, ad ipsuam casuam Dei renovare vel affirmare deberemus; quod nos gratiā animo, pro re-
verentia ipsius saucti loci, fecimus et tale insuper pro eterna retributione beneficium viisi fuimus in-
dulsiſſe, ut in villas ecclesiae illius quas moderno tempore, aut nostra aut enjuslibet munere habere
videtur, vel quas deinceps in jure ipsius loci voluerit divina pietas ampliare, nullus judex publicus ad
causas audiendas aut freda, undique exigenda, nullo omnino tempore presumat accedere, et loco illi
Domnolus vel successores ejus propter nomen Dei SUB INTEGRO IMMUNITATIS NOMINE VALEANT
DOMINARI. Statuentes ergo ut neque vos, nec juniores, neque successores vestiri, nec illa publica ju-
diciaaria potestas, quocumque tempore in villas ubicumque ipsius ecclesiae, aut regis, aut privatorum
largitate conlatas, aut quae in ante fuerint, casus indominiicatus ad audiendas altercationes ingre-
dire, aut freda de qualibet augere, nec mensiones aut paradas, aut fidejussores tollere non presuma-
tis, sed quicquid exinde in agris vel finis seu super terris predictae ecclesiae communentes, fiscus aut
de freida aut undecumque poterit sperare ex nostra indulgentia pro futura salute in luminaribus ip-
sius ecclesiae per manus agentium eorum proficiat in perpetuum, et quod nos propter nomen Domini
et animae nostrae remedium simulque nostra subsequente progenie plena devotione indulsimus, nec
regalis sublimitas, nec cujuslibet judiciaaria potestas refragare tentetis, sed ut presens auctoritas tam
presentibus quam futuri temporibus inviolata, Domino adjutore, permaneat, manus nostre subscrip-
tione infra roborare decrevimus. S. Pipini Majoris domus, ego Rodegus jussu scripsi. Actum kal. Ja-
nuarii in anno secundo principatus ejusdem Pipini in civitate Metis in palatio regio.